



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

XXXII Quo[modo] iustum sit vt culpa quae cu[m] fine per petrata sit, sine  
fine puniatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**



## LIBER TERTIVS.

quæ putât in eis terribilius esse dicta quàm verius. Num enim obliuiscetur (inquiunt) misereri deus? aut continebit in ira sua misericordias suas? Hoc quidē in sancto legitur psalmo. Sed de his sine vlllo scrupulo intelligitur, qui vasa misericordiæ nuncupantur. Quia & ipsi non pro meritis suis, sed deo miserante de miseria liberantur. Aut si hoc ad omnes existimant pertinere, non ideo necesse est vt damnationē opinentur posse finire eorū, de quibus dictū est: Sic ibunt isti in supplicium eternū: nisi & isto modo putetur quādoque habitura finem felicitas, cum subiungatur: Iusti autē in vitam æternam.

Quo iustum sit vt culpa, quæ cū fine perpetrata est, sine fine puniatur. Cap. XXXII.

**H**oc recte diceretur, si districtus iudex non corda hominū sed facta pensaret. Iniqui enim deo cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerunt. Nam voluissent vtiq; si potuissent sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim quā in peccato semper viuere cupiunt, qui nunquā desinunt peccare dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui in hac vita nunquā voluerunt carere peccato.

Quod in illa æterna dānatione mors sit sine morte, et mori velle et non posse.

Caput XXXIII.

**S**upplicia namque æterna in se diuersos, & vltra vires cruciant, & cis vitæ subsidium extinguentes seruāt, vt sic vitam terminus puniat quatinus